

Missae propriae Dioeceseos Osnabrugensis 1953



Die 3 Februarii	3. Februar
S. ANSGARII Episcopi et Confessoris	HL. ANSGAR Bischof und Bekenner
Festum I classis Sollemnitatis externa Dominica ante diem 2 Februarii	Fest 1. Klasse Äußere Feier am Sonntag vor dem 2. Februar

Introitus

Jesaja 61, 1

<p>Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me Dominus: misit me ut mederer contritis corde, et praedicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem.</p>	<p>Der Geist des Herrn ist über mir, weil der Herr mich gesalbt hat; er sandte mich, um zu heilen, die zerknirschten Herzens sind, und den Gefangenen Nachlass, den Eingeschlossenen Befreiung zu verkünden.</p>
<p>(Ps 116, 1): Laudate Dominum, omnes gentes: laudate eum, omnes populi. Gloria Patri. Spiritus Domini.</p>	<p>(Psalm 116, 1) Lobet den Herrn, alle Völker; lobet ihn, alle Nationen. Ehre sei dem Vater. Der Geist des Herrn.</p>

Gloria in excelsis Deo.

Oration

<p>Deus, qui hodiernam diem sacratissimam nobis in beati ANSGARII Confessoris tui atque Pontificis gloriosa solemnitate tribuisti: adesto propitius Ecclesiae tuae precibus; ut, cuius gloriatur meritis et doctrinis, muniatur suffragiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.</p>	<p>Gott, der Du uns den heutigen hochheiligen Tag durch die ruhmreiche Feier des seligen ANSGAR, Deines Bekenners und Bischofs, geschenkt hast: Sei den Bitten Deiner Kirche gewogen; damit sie beschützt werde durch seine Fürbitten, dessen Verdienste und Belehrungen sie sich rühmt. Durch unseren Herrn Jesus Christus.</p>
---	--

Epistel

1 Korinther 2, 1-7

Lectio epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios	Lesung aus dem Brief des heiligen Apostels Paulus an die Korinther
Fratres: Ego cum venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ adnuntians vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.	Brüder, als ich zu euch kam, trat ich nicht in erhabener Rede oder Weisheit auf, euch das Zeugnis von Christus verkündigend; denn ich nahm mir vor, nichts unter euch zu wissen, als Jesus Christus, und diesen als Gekreuzigten.
Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos, et sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.	Und ich war in Schwachheit und Furchtsamkeit und vielem Zagen bei euch, und meine Rede und meine Predigt bestand nicht in überredenden Worten menschlicher Weisheit, sondern in Erweisung von Geist und Kraft; damit euer Glaube nicht auf Menschenweisheit, sondern auf Gottes Kraft beruhe.
Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius sæculi neque principum huius sæculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram.	Freilich reden wir Weisheit unter den Vollkommenen; nicht jedoch Weisheit dieser Welt, noch der Fürsten dieser Welt, welche abgetan werden, sondern wir reden Gottes Weisheit im Geheimnis, die verborgen ist, welche Gott vor Beginn der Welt zu unserer Herrlichkeit bestimmt hat.
Deo gratias.	Dank sei Gott.

Graduale

Psalm 97, 2.3

Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium revelavit iustitiam suam.	Der Herr hat sein Heil kundgetan, vor den Augen der Völker seine Gerechtigkeit offenbart.
---	---

V. Viderunt omnes termini terrae salutare Dei nostri.	V. Alle Enden der Erde schauen das Heil unseres Gottes.
---	---

Alleluja

vgl. 2 Timotheus 4,7-8

Alleluja, alleluja. Bonum certamen certavit, cursum consummavit, et accepit coronam justitiae, quam reddidit ei Dominus justus iudex.	Alleluja, alleluja. Er hat den guten Kampf gekämpft, den Lauf vollendet, er hat die Krone der Gerechtigkeit empfangen, welche ihm gegeben hat der Herr, der gerechte Richter.
---	---

Nach Septuagesima folgt auf das Graduale (statt des Alleluja) der

Tractus

Psalm 64, 6. 9; Psalm 24,7

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: spes omnium finium terrae et in mari longe.	Erhöre uns, Gott, Du unser Retter, Du Hoffnung aller Enden der Erde und des fernen Meeres.
V. Turbabuntur gentes et timebunt qui habitant terminos, a signis tuis.	V. Es erschrecken die Völker und die Bewohner der äußersten Enden fürchten sich vor Deinen Zeichen.
V. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam, Domine.	V. Nach Deiner Barmherzigkeit gedenke meiner um Deiner Güte willen, o Herr.

Evangelium

Markus 16, 15-18.20

† Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. Gloria tibi, Domine.	† Das Folgende aus dem hl. Evangelium nach Matthäus. Ehre sei Dir, o Herr.
--	---

<p>In illo tempore: Dixit discipulis suis: Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.</p>	<p>In jener Zeit sprach Jesus zu seinen Jüngern: „Gehet hin in die ganze Welt, und prediget das Evangelium allen Geschöpfen! Wer glaubt und sich taufen lässt, der wird gerettet, wer aber nicht glaubt, der wird verdammt werden.“</p>
<p>Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eos nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt.</p>	<p>Es werden aber denen, die da glauben, diese Wunder folgen: In meinem Namen werden sie böse Geister austreiben, in neuen Sprachen reden, Schlangen aufheben, und wenn sie etwas Tödliches trinken, wird es ihnen nicht schaden, Kranken werden sie die Hände auflegen, und sie werden gesund werden.“</p>
<p>Illi autem profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante, sequentibus signis.</p>	<p>Sie aber gingen hin, und predigten überall, und der Herr wirkte mit ihnen, und bekräftigte das Wort durch die darauffolgenden Wunder.</p>
<p>Laus tibi, Christe.</p>	<p>Lob sei Dir, Christus.</p>

Credo in unum Deum.

Offertorium

Psalm 95, 7-9

<p>Afferte Domino, patriæ gentium, afferte gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: tollite hostias et introite in atria ejus, adorate Dominum in atrio sancto ejus.</p>	<p>Bringet dem Herrn, ihr Völker- stämme, bringet dem Herrn Preis und Ehre dar; bringet dem Herrn Verherrlichung seines Namens dar, nehmet Opfer und tretet in seinen Vorhof; betet den Herrn an in seinem heiligen Vorhofe!</p>
---	--

Secret

<p>Sacrificium tibi, Domine, laudis offerimus in celebritate sancti ANSGARII Pontificis tui: ut propitiationem, quam nostris operibus non meremur, pii suffragatoris intercessionibus assequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.</p>	<p>Wir bringen Dir, Herr, das Opfer Deines Ruhmes dar in der Feier Deines heiligen Bischofs ANSGAR: damit wir durch die Vermittlung des frommen Fürsprechers Deine Gunst erlangen, die wir durch unsere Werke nicht verdienen. Durch unseren Herrn Jesus Christus.</p>
---	--

Praefatio de Omnibus Sanctis et Ss. Patronis - Präfation von allen Heiligen und den hl. Patronen

Communio

Psalm 106, 8-9

<p>Confiteantur Domino misericordiae ejus filiis hominum: quia satiavit animas inanes, et animas esurientes satiavit bonis.</p>	<p>Sie mögen den Herrn preisen für seine Erbarmungen, dass er die lechzenden Seelen gesättigt, die hungernden Seelen mit Gütern erfüllt hat.</p>
---	--

Postcommunio

<p>Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quos cælesti mysterio misericorditer refecisti, per gloriosum Antistitem ANSGARIUM æternaliter facias Angelorum gaudere conviviis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.</p>	<p>Gewähre, so bitten wir, allmächtiger Gott, dass wir, die Du durch das himmlische Geheimnis so barmherzig erquickt hast, durch den ruhmvollen Bischof ANSGAR voller Freude mit den Engeln in Ewigkeit zu Tische sitzen. Durch unseren Herrn Jesus Christus.</p>
--	---